regiam in Thuringia Northusen mirabili pulchritudine construi[a] fecit, ubi tamquam Assweerus, cunctis regni Almanie optimatibus convocatis, divicias glorie regni sui ostendit. Nam arte fabrili et auro et argento arborem factam mire pulchritudinis ibidem collocari fecit, et siquis comitum, baronum, militum ibidem in magna multitudine congregatorum in hastiludio hastam suam super alium fregit, mox folium argenteum de arbore in signum virili militatis pro merito optinebat. Siquis socium suum hasta de equo persistens[+] deiecerat, mox folium aureum de dicto arbore promerebat. Que numquam et qualis multitudo ad tam honorabile spectaculum etiam imperiali maiestate dignum convenerat, quivis lector agnoscat. Hic tantam benivolenciam apud imperatorem Fredericum habuerat, ut etiam filiam ipsius Margaretam Alberto filio suo, Thuringie lantgravio, in matrimonium sociaret. Hic siquidem Hinricus illustris princeps, Thuringie lantgravius, marchio Lusacie, id est Orientalis, et marchio Missnensis ex uxore sua Constancia, filia Philippi ducis Austrie, genuit duos filios magnificos principes Albertum Thuringie lantgravium, Theodericum marchionem de Landisberg, dictum pinguis. Item post mortem Constancie[‡] duxit aliam uxorem Elizabeth,[a] de qua genuit Fredericum, marchionem de Dresden, dictum Clemme. Theoderico itaque dedit pater suus, eo vivente, marchiam Landisberg et comitatum Grotz. Qui accepit uxorem Helenam, que fuit fundatrix monasterii in Wissenfels, filiam marchionis Brandenburgensis; de qua genuit Fredericum marchionem Missnensem et

a) conservi c. construi c.

De arbore artificiali ex auro et argento.

+ f. CCLXVI c.

dicto c.
Que nunquam c.

m/ Missn

modern hand (Rothe?)
‡ addidit manus rec. in marg.: que obiit anno Domini MCCXLIII in Cella sepulta, duxit Agnetem, sororem Otokari regis Bohemie, que obiit sine prole anno Domini MCCLXVIII sexto Idus Octobris, in Cella sepulta, post obitum illius

a) addidit man. rec. in marg.: de Maltitz

c) quo c.

m/ Missn